



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 10. Fatigatus. Fatigat Christum nostri cordis durities sicut & Ezechielem ollæ prauitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

§. 10. Fatigatus. Fatigat Christum nostri cordis durities sicut & Ezechielem olle pravitatis.

ita possit resistere etiam voluntati. Nec caeli, nec terra, nec ipsum nihil, quod tale, est: & nulla sit creata potentia, quae possit in eo operari, in omnibus operatur Deus absque vilo genito resistenti: cum solum eius verbum sit eius actio & praecipuum operatio.

Ita perpendit D. Chrysostomus. illa Apostoli de Chulio verba: Qui portat omnia verbo virtutis sua. Notat autem quod in Græco verbum illud Portat significet sine vlla resistentia, aut difficultate portare, quemadmodum illud quod solo digito aut statu de loco in locum dimoues. Cum autem dicitur, quod omnia portet, sustentet, gubernet & regat solo virtutis suae verbo, ostenditur quod non maiori Deus hoc totum portet vniuersum difficultate, quam tibi adferre potest vnus verbi prolatio: Bene dixit verbo, quoniam apud nos verbum nudum ac leue quiddam esse videtur. Similiter expendit illud: Omnia magna licet sint, & parua, alta & profunda, spiritalia & corporalia, omnia verbo portat virtutis suae. Ita notat D. Ambr. illud Genesis: Dixit Deus: producant aquae omne reptile etc. Dixit Deus, breuis sermo sed vehemens, & late patens, commoneat minime & maximis naturam insudat. Eodem momento produciuntur balena, quo rana, eiusdem operationis nascitur. Non laborat in maximis Deus, non fastidit in minimis nec doluit natura parturire delphinos sicut non doluit, cum exiguos murices, caelestisque produceret. Nihil est quod eius vel minimo verbo resistat. Tantummodo cor humanum se illi contumaciter opponit, talisque eius est obstinatio, vt nedum illi resistat, & pertinax relictetur; insuper in faciem obistat, eius fortissimos repellit impetus, imo & ipsi praesumat delum inferre: cunctipotentiae. Hoc subtilioribus indicauit verbis Eliphaz. Themanites Rex & amicus Iob. Singulariter expendit, prout notat D. Gregorius quod Deo id eum, homine quopiam contingit; hunc saepius Deus aggreditur, eius cor sibi laborat subijcere, eoque sine manu extendit potentiae suae; pernis, tribulationibus, ærumnis, morbisque visitat letalibus velut diuinus lapicida, hanc conatur multiplici, & repetito verberare dolabris expolire petram: Terribi enim tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem preparatur ad praelium, q. d. Videt Dominus hominem peruersum rebellem, in Deum insurgentem, caelo bella minitantem; illum aggreditur, vt sibi subijciat, illum tribulationibus, calamitatibus, infortunijs, & anxietatibus impugnat, ex illis quasi fortissimos conscribens milites, quibus eum obistat, vt tandem se dedat superatus. Le-

D. CHRYS. Ho. 1. in ep. ad Heb. c. 1. 3. Omnia Deus verbo suo facit. D. AMBR. L. 5. Hex. Tom. 1. Gen. 2. 22. r. 2. 21. Tom. 1. IV. Solūmodo cor humanum Deo resistit. L. 11. 367. c. 21. V. Quod eligeret verbis Iob explicatur. Iob c. 14. 22. D d d d d 3 gunt

13 N On solum est cor hominis ipsa Cretensi labyrintho intricatus, & ipsa maris abyssi pertinatū difficilior: Præsum est cor hominis, & insensibile, sed & eius durities, omnem creaturam euincit duritiem. Hoc verba prophetae prædicta significant: Græue cor per omnia: Cor est humanum adeo graue, durum, pernicax, refractarium, vt nihil supra, quod tolerari potest, cum ipsum fatigat Deum: Fatigatus ex inuere, sedebat, &c. Nihil est, (vt more nostro loquamur) in creatis, quod Deum fatigat nisi quotidianum cum corde nostro negotium: non illum creatio caeli terraque fatigauit, etiam simplex ad hanc eius sufficit præceptum: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Nec pariter illum Angelorum creaturarum pulcherrimarum creatio fatigauit, quas in tanto numero condidit, vt eum expertissimi assequi non possint Arithmetici: Numquid est numerus militum eius? Quærit Iob: nec labore conficitur ex continuo motu rotarum caelestium adeo extensarum, aut totius mundi gubernatione: hæc omnia namque vnico peragit verbo: Portat omnia verbo virtutis suae. Non illum molestat quod infinitus adeo debeat oribus seu stomachis alimentum providere, quot toto mundo continentur: etiam manum tantummodo aperit, & eum omnia perfecisse demitatur: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam etc. Apertis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. Quod autem illum grauius habet, & fatigat (sit venia verbo) est ipsum, cum hominis corde negotium ob supremam eius duritiem eam se illi opponit refractarium. Quod opus te aliquid fatiget, oritur ex resistentia, quæ in illo est actioni tuæ contraria, Grauat perquam molestè lapicidam opus suum, quia petra durissima est, illique resistit, tanto magis fatigatur, quanto durior est, & dum malleo percudit vel scalprio, vt illam expoliat, scintillas euihat ardentissimas; grauat supra modum agricolam, terram aridam fodientem, quod ligone tam non valeat penetrare, verumtamen non arduum tibi est in arena scribere, aut in aqua pingere: quia nulla resistentia remouat operantem. Deus nullam in quibuslibet operibus inuenit resistentiam: Non est qui

13 N
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

gine septuaginta; Angustia & tribulatio ipsum compriment. Abij: Roborabuntur contra ipsum. Infirmities, angustiae, tribulationes, velut Dei milites illum circumcingent, & in-pugnant atrociter, vt tandem in suam redigant potestatem.

Est attamon homo adeo refragus, vt nedum se ipsum non submittat, imo & se fortius opposit facie ad faciem, & perficta fronte contumax Deo ipsi praesumat aduersari: *Tendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo & pinguis cernice armatus est.* Verborum attende energiam, Verbum; illud *Tendit*, emphaticum est, sumpta metaphora, ab eo, quod pugil agit fortissimus, dum in alterum impingit, quo contumelias dedecoratur: brachium extendit, & quasi librando comit inatur, & ait: illi colaphum impingam, quo prostratus ad pedes meos correat, maledicus. Extendit, inquit, brachium suum, ipsi Deo mimicans: *Tendit aduersus Deum manum suam.* Attende quis in quem. Paulo superius de homine dixerat: *Abominabilis & inutilis homo:* Epitheta, quae proptie hominis expriment vilitatem, infirmitatem, miseriam, paruaque esse sui substantiam: *Et sic tendit manum suam aduersus Deum;* & hoc non leuiter, sed ex animi sententia: *Contra omnipotentem roboratus est.* Verbum illud *Roboratus est*, significat quod se confirmat, omnibus vngulis pertinax (a) illi in faciem relictatus, imo eo ascendit eius impudentia vt nedum diuinos repulerit impetrabilis scelus, sed & in ipsum Deum tela sua direxerit, bellum mouerit, impetumque fecerit fortiosem: *Cucurrit aduersus eum erecto collo.* Quis hoc credat posse fieri, talique hominem esse posse audacia inretendum i lacram petuolue Scripturam, & reperies.

VI. Aggreditur Dominus Pharaonem, descendit, & in rebo sese offert adenti, designans se adesse; *In manu potenti & brachio excelsis, carente Dauid.* Illi per Moysen denuntiat: *Hac dicit Dominus, dimitte populum meum, &c.* eat quo illum ducturus sum. Respondet Domino Pharao. Si tu velis, ego nolo: *Quis est Dominus, &c.* *Israel non dimittam.* Attollit Deus brachium suum potentissimum contra Pharaonem, flagellis eum semel & bis caedit, armis circumcingit, modo ex hac parte, modo ex altera, quando iam videbatur esse submitendus vel inuitus, attollit & ipse suum brachium, quasi Deo mimicans, & infernali tumidus superbia contra Deum erecto procutit collo, spirans miantum & credis in po-

(a) Hic piam.

pulum Domini, referente sic Moyle: *Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur animus meus, exaginato gladium meum, interficiet vos manus mea.* An non verum est: quod: *Tendit aduersus Deum manum suam, &c.*

En tibi fastuosum profero Ducem Nicaotem qui contra Deum cristas erigit arrogantiae, & Nicaotem in eius populum armatus insurgit: a quodam Deo serio monetur, *Diuina veteretur potentiam, qui salbatum custodiri praecipisset: Est Dominus, & tuus ipse in caelo:* Respondit ille plusquam diabolica inflatus superbia: si est Deus potens in caelo, ipse in caelo praecipiat: *Et ego potens sum super terram:* non se terrenis miscet ipse negotijs. Et quid te rapit in admirationem, an hoc tibi quotidie non contingit quiescit Deus dum te vocat sibi restitutum, brachium suum extendit, quo cor tuum refraetner sibi que subiecit: te vocat, inspirat, allicie beneficij, terribis arguat, promissis blanditur, suam tibi repraesentat bonitatem, & lum, gloriam, virtutis pulchritudinem? quia fructe cor tuum laboribus cum uallat, infirmitatibus miseris, iacturis, anxietatibus: sanctas tibi proponit sempiternas aternos ignes, da mores immortales & quid agis? An rem resistis? & hoc parum, in super tendis aduersus Deum manum tuam. Quid aliud esse cogitas peccare, & diuini contraire in finibus, nisi tua tendere brachium uoluntatis, & quantum ex te est, Deo colaphum impinget quam obstipum te illi ostendis: *Contra omnipotentem roboratus est?* Contra Deum fastuosus, arrogantique contendis, illum floccipendens: *Cucurrit aduersus eum erecto collo.* Quis hoc credis esse ad aedes currere alienas, quo tua frona laxes impudicitij, nisi contra Deum currere? quid tuis per omnia satisfacere cupiditatibus, pauperum sanguinem ebibendo qui videlicet studeat inritatum, & honoris tui punita seclari?

Ex his collige num humani cordis duricia non omnem superet creatura peruicaciam? *Grane cor per omnia:* hoc Deo resistit, illi repugnat, & nostro loquendi modo illum fatigat & acerbit multo conficit, quam latomum durx rupis exploitio, vel descissio. Hoc Christum qualem vides, detinet: *Fatigatus ex itinere, sedebat sic supra scrotem.* Quam setid Deus horum sibi lucrari corda laborabat? quot coram eis edidit prodigia? quot illis audientibus feruentissimas declamauit conuersiones? quoties nunc blandis, nunc egit terribis? quot circuitus quaesuit? quot percurrit inuenera? Et tandem post hoc nedum illi non se subij-

Matt. cap. 19. Ro. 1. 24. Galat. 1. 10.

Exe. 2. 15.

Luc. 2. 44.

Matt. 6. 27.

XIII. Peccator Deum fatigat.

178

ciunt, sed etiam illi adversantur, illum totis viribus persequuntur, ut coactus discedat de iudaea, & quasi extorris fugiat in Galileam. Hoc enim summopere molestat. *fatigatus* &c.

Sic sentio, quod ut nobis situs corporis hic in Salvatore nostro, quem describit D. Evangelista, significaretur, illum Deus tot praecipis annis mystice in Ezechiele efformavit, cui praecipit, ut illum singulari studio describat, notanterque dicat, mentem, & animum quo haec facta sunt adiungat. Ad se citat Deus prophetam. Ezechiel: Domine: *Scribe tibi nomen dui huus. Et factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis.* Ad quid Domine? Negotium tibi cum olla aenea proponam. Ostendit illi lebetem aeneum, nigerrimum, immundissimum, scoria & argente oblitum ossibus, carne, sanguine, oppletum. Hunc tibi fume lebetem, illum expurga: qua, quatio, Domine, ratione? quis modus? Aquam illi infunde, igni superpone: hoc enim as purificatur. Dico: obediit, aquam infundit, igni superponit, aqua ebullit nec as ollae inundatur. Et hoc age, fume ollam, collige primas acutissimas quibus montes liquebant: *Pone super primas, ut aeneam ut incalcescat, & liqua fiat.* &c. & consumatur rubigo eius. Crebris languentem statibus ex citat ignem propheta, folles agitat, en tibi delassa ut sudoris guttae desint maiores, admiratur, caput super brachium & manum, inclinat, corruat ex labore fatigatus. Quid indole scis? propheta? heu mihi Domine deicio vitibus, corneo, fatigatus sum ultra non possum, fateor me superatum, etenim nullam invenio remedium, quo a rubigine purificem ollam, omnem adhibui diligentiam totus sudore madefactus elangui, & his omnibus nihil effectum, nihil a pristina ingredine olla remisit. O maledictam ollam, inquit Dominus: *Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimis rubigo, neque per ignem.*

Quid his indicas Domine? quod est illud experimentum? Non frustra gratisque factum, etenim ad magni declarationem mystetij volo ad perpetuam rei memoriam describatur, quae mihi contingent. Hoc intendere dicere, o anima, loquitur Deus: *Immunditia tua execrabilis quia mundare te volui, & non es mundata a sordibus tuis.* O Cor humanum, ollam carnibus & sanguine peccatorum & abominacionum refertam: o lebetem ferentem in quam aptum cordis tuis symbolum? O quam immundum, quam profanationibus maculatum, quae, velut argo, de templo exoritur: *De corde exiit cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa iuramenta, blasphemiae.* Ecce

quam his omnibus olla regurgitat: *Repletos omni iniquitate, testatur Apostolus. Quemadmodum ex are nascuntur scoria, de carne nostra procedunt immundiciae, quas enarrat Apostolus: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c.* Nec hoc praetereas, ollam esse aeneam, licet etenim cor humanum carneum sit, est tamen obduratum & i. stat aris durissimum, quae de causa a Domino appellatur: *Cor lapideum.* Hoc solum Deo resistit obduratum: hoc enim Aristoteles dicit durtum: *Quod resistit agentis.*

Quam hoc praeclare dixit Deus: *Sic quia dicitur, & nervus ferreus cervix tua.* Cor humanum quam probe te rogi, & vixit creator tuus, quod artem sis, & ferentem. De caelo descendit ter maxime ille propheta, te mundaturus. Quid non eo sine peregrino quot effudit aquarum si dores, imo lacrymas, singultus, suspiria, laborum immensitatem? quot carbones teresficium & donorum? quid non est cum illo molitus, modo suavioribus blandissimum aquis, modo ferentioribus minarum ignibus? quam fortiter diuino fluavit spiritu praedicando? & post multum temporis, qualis remanet & evadit olla ista, lioris, malitiae, cupiditatis, ambitionis scoria sordidissima? Magnum intueri Ezechielem sudantem, laborantem fatigatum in horto montis Olivae: *Factus est iudex eius, sicut gutta sanguinis decurrens in terram.* Quod percunt itinera, quocor istud immundaret: de horto ad Annam domum, inde ad Caypham, inde ad Pilatum, inde ad Herodem, inde deinde ad Pilatum, inde ad montem Calvariae, ita affidens puteo aquarum sanguinis, quem vberim effudit, quam oppidofatigatus quam acide sitiens exclamat: *Sitis.* Et quale fuit illud cor eorum quam sordidum, quam sua semper rabie atque invidia horridum, sic ut Praesidem conveniant: *Domine, recordari sumus, quod seductor illo &c.*

Num quid hoc, amice, quotidianum? quid agit Deus ut tui cordis ollam purificet? quot inspirationes? quot pulsus grauiotes? quot conaciones? quot terrores? quot promissa? Tu fatere, quale post haec cor tuum? num emundatum? num scortum expulsum? aut scandalosa locietas? Ingressus, an regressus in domum, ubi tibi oculos offendebas? An aliena restructa? Necdum ista non implesti? sed nova superbis arrogantiis, duris oblitus, & nervus ferreus cervix tua, brachium extendis tantam in rando maiestatem, in illam impingis, nonis offendens iurij, ita ut (more nostro si loquamur)

D. Avg. Ser. 92. de temp. Tom. 10.

tua illum duxit, tua conficias summiopere rebellionem: *Fatigatus, Fatigat eum* (inquit D. Aug.) *Inobediens in nostris*, Cave tibi Christiane, qui tantopere Deum fatigas, & si ad ea, quae in illo sunt non attendas, teipsum attende, tibi consule, ne lassus sufferendo tuos istos concubitus, impudicitias, motum insolentiam, quae totam graviter offēdis Republicam, illam vitam, quae pauperum exlugis sanguinem, illam caecam tuam ambitionem, quae te rationis reddit expertem, dicat aliquando: *Execrabilis malitia tua, mundare te volui, &c.* teque perdat avertentium.

§. II. Ex itinere. *Fatigavit illum nostrorum onus peccatorum adeo grave, quale describit Isaias & significavit Hieremias.*

43. 1.

Alij Christum considerant ex itinere fatigatum: *Fatigatum*. Et in hoc voluit D. Iohannes modum indicare, quem Saluator in itinere servavit, quo mundum hunc peragravit. Stimulus notum est, iter aliquem fatigare, quod pedes aggreditur, quid si insuper onere gravatus incedat maiori, quanto maiori labore conficietur? Peregrinos illos, quos vidit Abraham ascendentes per viam media die, sole exaltante, iudicavit ipse domum suam accedere adeo fatigatos, ut necesse censeret, ipsos in intus deducere tabernaculum, pedes ablucere frigida, continuo recteare opiparo, calorem temperate, & lassitudinem qua affligebantur, refocillare. Et cum iuvenes essent robore praestantes, & ipsi in eis robur lassitudinem accere valeret, nihilominus illos iudicavit Abraham oppido delassatos, cum ipsos pedestres ad meridiem videret itinertantes. Quod de illis ferret iudicium, si quempiam illorum hoc iter videret conficientem gravi pondere humeris oneratum? Hec igitur in nostro voluit Salvatore declarare Evangelista in huius mundi itinere. Suscepit hoc iter Christus pedester, & in mediam vsque diem prosequitur, aestu solis ferventiori: *Hora erat quasi sexta*. Nemo dubitat, quin debuere supra modum defatigari: sic huic igitur addas, quod pondere nostrorum peccatorum, immenso iucellerit praegravatus, quis verbis exponat quam ex lassitudine confectus & deficiens corrueat? Dicat hoc nobis D. Aug. *Ad parvam fatigatus venit, qui infirmam carnem portavit. Grave pondus infirmo carnis, sed gravius est aliud quod Christus in infirmam carnem portavit: quod cum defecit, non potest non sumere defatigari.* Quod autem sit pondus il-

D. Avg. T. 11. in 104. To. 9.

lud, quo Christus tantopere praegravatur, exprimeat vates Isaias: *Vesuit Dominus in eo iniquitatum omnium nostrum*. Si pondus tantummodo carnis infirma, quam Dei filius assumpsit illi fuerit gravissimum, quanto gravius erit illi, si huic omnium hominum peccata superponantur, onus quo nullum onerosius. Hoc Christum tantopere defatigavit: *Fatigatus ex itinere*: quia gravabat eum criminum, quae sibi imposuerat, infinita multitudo.

Nihil ita virum deprimit tenerimum imo & validum quam si iter aggrediatur infestum & acclive, gravissimo onere humeris impositis. Pondus accipe ferri centum librarum, vel lapidem molarem, illum humeris iijice, & montis ascendende fastidium. Bone-Deus, quam oppido lassaretis? quam graviter praerimia lassitudine, ex itinere contracta prorsus in terram corrueris: *Nihil tam ponderosum est grave quam peccatum, alle-*

xit D. Chryl. quod multis confirmat argumentis. Navim attende, qua Ionas vehebatur, iam demergebatur, armamenta projiciuntur, ponderibus eiectis alleviant, nec spes affilget me, ioc salutis: quia pondus, quo navis periculo naufragij exponitur, non est istius rationis, sed pondus est peccati, quod pectore later Ionae a facie Domini fugientis: *Navis propheta corpore*: loquitur D. Chrysostomus) *grauabatur, non corporis magnitudine, sed peccati: nihil enim tam grave aqua est onerosum inuenies, quam peccatum.* Quid hoc Domine? res adeo parva, quae tam parvi capitur corde viri qualis Ionas, navim ad ima deprimit quam hoc admirandum esset, si pila navis praefectariae maiori innecta, illam ilico, licet velocissimam, in maris abyssum absorberet: quam grave censeretur illud esse amygdali pondus, quod titemi vastissimae impositum coelestem illam ad ima declinaret? Hoc est (inquit D. Chrysol.) *Simile peccati pondus, quod impositum praesentis illis altissimis optime instructis, nominatum autem illi titemi praetoriae Lucifero, diuitijs ac geminis talibus onerata, qualem Deus in hoc extruxerat vniuerso, nulli comparem, cum Spiritus essent ipsi igne velociore, in momento teporis illos in profunda deiecit inferni, eiecerunt, quae fulgur de caelo in terram decidit: *Vul-**

bam satanam sicut fulgur de caelo cadentem.

Licet autem hoc multum sit, claris tibi tamen patebit ponderis gravitas in ijs, quos ita ad abyssos detruit, licet fortissimae sint & potentissimae creaturae, quibus Deus nullas condidit in natura perfectiores, ut ipsos in ijs ita pertinaciter detineat, & detentatus sit in omnem

actum.